



Præfatio.



Ariæ actionum divisiones in tit. f. d.
act. reperiūtur, quarum alia à materia; unde
quædam in rem, quædam in personam sunt
directæ. §. 1. f. d. tit. ibid. Giph. l. 25. ff. d. O. & A.
alia à causâ efficiente: & aliae civiles, aliae
prætoriæ dicuntur, d. l. 25. l. 35. d. tit. §. 3. f. d. s.
aliæ à fine: Nam quædam sunt rei familiaris, quædam pœ-
næ, quædam utriusque persecutoriæ, §. 16. f. d. tit. alia
à formâ & modo petitionis: nunc n. in simplum, nunc in duplū,
mox in triplum, mox in quadruplum, non autem ulterius
concipiuntur §. 21. f. d. tit. alia ab effectu: quibusd. enim soli-
dum, quibusd. minus consequimur §. 36. f. d. tit. alia à sui qua-
litate seu naturâ est deducta, quâ actiones dispescuntur in acti-
ones b. f. & stricti juris §. 28. f. eod. tit. Inter quas divisiones si
quis ultimam ob insignem ejus utilitatem ducere familiam
dixerit, non omnino rationi inconveniens videbitur; cuius
Cic. quoq; lib. 3. offic. meminit, quando de b. f. judiciis ita præ-
clarè scribit: *quod si Aquiliana definitio vera est, ex omni vita*
simulatio, dissimulatioq; tollenda est. Ita nec ut emat melius nec ue-
vendat, quicquam simulabit aut dissimulabit vir bonus. Atq; iste
dolus malus legibus erit vindicatus: ut tutela t. tabulis, circum-
scriptio adolescentum lege Latoriâ, & sine lege, judiciis, quibus
additur, bona fide. Et hujus discriminis inter b. f. & stricta ju-
dicia tantus in nostrâ civili scientiâ est usus, ut si juxta Baldi,
& aliorum sententiam, differentiam, quæ datur inter hæc ju-
dicia, vel b. f. & stricti juris contractus ex Canonica æquitate
contra c. b. §. adhæc Episcopus d. Excep. esse sublatmā, adeò ut o-
mnes contractus & actiones hodiè b. f. esse censendum sit,
statuere velimus, totam Jurisprudentiam perverti necesse sit,
teste Fab. Decad. 9. Err. pragmat. Err. 1. & Rittersb. ad l. 23. de R. f.
p. 1. c. 3. vid. Vult. ad l. unic. C. ubi conv. qui cert. loc. Ut a. quodam-
modo illorum judiciorum diversa vis & potestas palam fiat,
(nolo quidem eorum jam omnes differentias, quarum apud